Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in seculum. Amen Dominus et
benedictus deus salutis mee. V. Omni
tribuentes magnitudinem dei nostri. Ps.
Celi enarrant gloriam dei
et opera manuum eius anun
tiat firmamentum. Dies diei eructat
verbum et nox nocti indicat sa
pientiam. Non sunt loquele neque
sermones quorum non audiantur
voces eorum. In omnem terram exivit
sonus eorum et in fines orbis terre
verba eorum. In sole posuit tabernacu
lum suum et ipse tamquam sponsus
procedens de thalamo suo. Exul
tavit ut gigas ad currendam viam
a summo celo egressio eius. Et
occursus eius usque ad summum eius
nec est qui se abscondat a calore
eius. Lex domini immaculata convertens
animas. Testimonium domini fi
dele sapientiam prestans parvulis.
Iustitie domini recte letificantes
corda. Preceptum domini lucidum illu
minans oculos. Timor domini sanctus
permanens in secula seculorum. Iudicia do
mini vera iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum et lapidem
pretiosum multum. Et dulciora super
mel et favum. Etenim servus tuus
custodit ea in custodiendis illis
retributio multa. Delicta quis

intelligit ab occultis meis mun
da me et ab alienis parce servo
tuo. Si mei non fuerint dominati
tunc immaculatus ero et emundabor
a delicto maximo. Et erunt ut
placeant eloquia oris mei et
meditatio cordis mei in conspectu
tuo semper. Domine adiutor meus
et redemptor meus. A. Non sunt
loquele neque sermones quorum non
audiantur voces eorum. Ps. Dd.
Exaudiat te dominus in die tri
bulationis. Protegat te no
men dei iacob. Mittat tibi
auxilium de sancto et de syon tue
atur te. Memor sit omnis sacri
ficii tui et holocaustum tuum pingue
fiat. Tribuat tibi secundum cor
tuum et omne consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo et
in nomine dei nostri magnificabimur. F
impleat dominus omnes petitiones tuas
nunc et quoque quia salvum fecit
dominus christum suum. Exaudiet illum
de celo sanctum suum in potestatibus
salus dextere eius. Hi in curribus
et hi in equis nos autem in nomine
domini dei nostri magnificabimur. F. Ipsi
obligati sunt et ceciderunt nos autem
surreximus et erecti sumus. Domine
salvum fac regem et exaudi nos